

ACERCA DEL USUFRUCTO
LIBRO SÉPTIMO DEL DIGESTO DE JUSTINIANO

Textos latino y español

IX

USUFRUCTUARIUS QUEMADMODUM CAVEAT³⁹

1 *ULPIANUS libro septuagesimo nono Ad edictum* Si cuius rei usus fructus legatus sit, aequissimum praetori visum est de utroque legatarium cavere: et usurum se boni viri arbitrato et, cum usus fructus ad eum pertinere desinet, restitutum quod inde exstabit. **1** Haec stipulatio, sive mobilis res sit sive soli, interponi debet. **2** Illud sciendum est ad fideicommissa etiam aptari eam debere. plane et si ex mortis causa donatione usus fructus constituitur, exemplo legatorum debet haec cautio praestari: sed et si ex alia quacumque causa constitutus fuerit usus fructus, idem dicendum est. **3** Cavere autem debet viri boni arbitrato perceptu iri⁴⁰ usum fructum, hoc est non deteriores se causas usus fructus facturum ceteraque facturum, quae in re sua faceret. **4** Recte autem facient et heres et legatarius, qualis res sit, cum frui incipit legatarius, si in testatum redegerint: ut inde possit apparere, an et quatenus rem peiorem legatarius fecerit. **5** Utilius autem visum est stipulatione de hoc caveri, ut, si quis non viri boni arbitrato utatur, committatur stipulatio statim, nec expectabimus, ut amittatur usus fructus. **6** Habet autem stipulatio ista duas causas, unam, si aliter quis utatur quam vir bonus arbitratum, aliam de

³⁹ A la masa sabiniana pertenecen los párrafos 9, 10 y 12; a la masa edictal los párrafos 1-3 y 5-8, y a la masa papiniana los párrafos 4 y 11.

⁴⁰ *perceptu iri* = *perceptum iri*.

IX

DE QUÉ MODO DA CAUCIÓN EL USUFRUCTUARIO

1 *ULPIANO en el libro septuagésimo noveno Al edicto* Si se legara el usufructo de una cosa, al pretor le pareció muy justo que el legatario diera caución acerca de ambos casos: que él ha de usar según el arbitrio de un hombre de bien, y que, cuando le deje de pertenecer a él el usufructo, ha de restituir lo que quede de ahí. **1** Debe interponerse esta estipulación, sea cosa mueble o cosa inmueble. **2** Ha de saberse aquello de que esa caución también debe adaptarse a los fideicomisos. Sin duda, si también el usufructo se constituyera sobre una donación por causa de muerte, esta caución deberá ofrecerse a ejemplo de los legados. Pero también si el usufructo se hubiera constituido por cualquier otra causa, ha de decirse lo mismo. **3** Pero debe dar caución de que el usufructo será percibido según el arbitrio de un hombre de bien, esto es, que no ha de deteriorar la causa del usufructo, y que ha de hacer lo que haría en su propia cosa. **4** Pero actuarán rectamente tanto el heredero como el legatario, si conforme al testamento toman en cuenta cómo está la cosa cuando el legatario empieza a disfrutar, para que de allí pueda aparecer si el legatario ha empeorado la cosa y hasta dónde. **5** Pero acerca de esto, pareció más útil que se diera caución con una estipulación, para que, si alguien no usara de acuerdo al arbitrio de un hombre de bien, se realice al instante la estipulación, y no esperemos a que el usufructo se pierda. **6** Pero esta estipulación tiene dos causas:¹³⁶ una, si alguien usara de modo distinto al que juzga un hombre de bien;

¹³⁶ Causas o condiciones.

usu fructu restituendo. quarum prior statim committetur, quam aliter fuerit usus, et saepius committetur, sequens committetur finito usu fructu. **7** Sed quod diximus id quod inde exstabit restitutum iri,⁴¹ non ipsam rem stipulatur proprietarius (inutiliter enim rem suam stipulari videretur), sed stipulatur restitutum iri⁴² quod inde exstabit. interdum autem inerit proprietatis aestimatio, si forte fructuarius, cum possit usucapionem interpellare, neglexit: omnem enim rei curam suscipit.

2 *PAULUS libro septuagensimo quinto ad edictum* Nam fructuarius custodiam praestare debet.

3 *ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum* Omnes autem casus continentur huic stipulationi, quibus usus fructus amittitur. **1** Desinere pertinere usum fructum accipiemus etiam si nec coeperit pertinere, quamvis legatus sit, et committetur nihilo minus stipulatio, quasi desinat pertinere, quod nec coepit. **2** Si usus fructus repetitus erit legato, quotiensque amissus fuerit (nisi inutiliter fuerit cautum), committetur ista stipulatio: sed exceptione opus erit. **3** Sed et si quis usum fructum tibi legaverit et sub conditione ‘si liberos habueris’ proprietatem, amisso usu fructu committetur quidem stipulatio, sed exceptio locum habebit. **4** Si heres alienaverit proprietatem et postea amittatur usus fructus, an ex stipulatu agere possit, videamus. et fortius dici potest ipso iure non committi stipulationem, quia neque heredi successoribusve eius restitui potest neque is cui potest, id est ad quem pervenit proprietatem, pertinet ad stipulationem: sed is ad quem perve-

⁴¹ *restitutu iri = restitutum iri.*

⁴² *restitutu iri = restitutum iri.*

otra, acerca de restituir el usufructo. La primera de las cuales se cumplirá tan pronto como se hubiera usado de modo distinto, y se cumplirá más frecuentemente; la que sigue se cumplirá cuando termine el usufructo. **7** Pero en cuanto a que dijimos que se ha de restituir lo que quede de ahí, el propietario no estipula la misma cosa (pues parecería que estipula inútilmente su propia cosa), sino estipula que se ha de restituir lo que quede de ahí. Pero a veces estará contenida la estimación de la propiedad, si casualmente el fructuario, pudiendo interpelar la usucapión,¹³⁷ despidió hacerlo; pues toma todo el cuidado de la cosa.

2 PAULO en el libro septuagésimo quinto Al edicto Pues el fructuario debe responder por la custodia de la cosa.

3 ULPIANO en el libro septuagésimo noveno Al edicto Pero se contienen en esta estipulación todos los casos en que se pierde el usufructo. **1** Aceptaremos que el usufructo deja de pertenecer incluso si no ha comenzado a pertenecer, aunque haya sido legado; y no obstante se realizará la estipulación, como si dejara de pertenecer lo que ni ha comenzado a pertenecer. **2** Si en el legado se repitiera el usufructo, cuantas veces se hubiera perdido (a no ser que se hubiera dado caución útilmente) se realizará esta estipulación; pero será necesaria una excepción.¹³⁸ **3** Pero también si alguien te legara el usufructo, y bajo la condición “si tuvieras hijos” te legara la propiedad, perdido el usufructo, ciertamente se cumplirá la estipulación,¹³⁹ pero tendrá lugar la excepción. **4** Si el heredero enajenara la propiedad, y después se perdiera el usufructo, veamos si podría demandar por lo estipulado. Y más sólidamente puede decirse que no se ha de realizar la estipulación por el mismo derecho, porque no puede restituirse ni al heredero ni a sus sucesores; ni a ese, al que puede restituirse, es decir, al que le llega la propiedad, le pertenece la estipulación. Pero ese al que le llega la propiedad, al momento de adquirir el dominio,

¹³⁷ Es decir, pudiendo adquirir la propiedad mediante usucapión.

¹³⁸ Una excepción de dolo a favor del usufructuario.

¹³⁹ Es decir, de la caución.

nit tempore quaesiti dominii sibi prospicere alia cautione debet: quod etsi non fecerit, nihilo minus in rem actione uti potest.

4 *VENULEIUS libro duodecimo stipulationum* Si fructuarius proprietatem adsecutus fuerit, desinit quidem usus fructus ad eum pertinere propter confusionem: sed si ex stipulatu cum eo agatur, aut ipso iure inutiliter agi dicendum est, si viri boni arbitrium huc usque porrigitur, aut in factum excipere debet.

5 *ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum* Huic stipulationi ‘dolum malum abesse afuturumque esse’ continetur: et cum in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur successorum et adoptivi patris. **1** Sed si usus sine fructu legatus erit, adempta fructus causa satisfacere iubet praetor: hoc merito, ut de solo usu, non etiam de fructu caveatur. **2** Ergo et si fructus sine usu optigerit, stipulatio locum habebit. **3** Et si habitatio vel operae hominis vel cuius alterius animalis relictae fuerint, stipulatio locum habebit, licet per omnia haec usum fructum non imitantur.

6 *PAULUS libro septuagensimo quinto ad edictum* Idem est et in reditu praedii, sicuti si vindemia legata esset vel messis, quamvis ex usu fructu ea percipiantur, quae legato⁴³ morte legatarii ad heredem redeunt.

7 *ULPIANUS libro septuagensimo nono ad edictum* Si usus fructus nomine re tradita satisfacere non fuerit, Proculus ait pos-

⁴³ Hay tres lecturas de este texto. Libro Florentino (F): “*quamvis ex usu fructu ea percipiat, quae legato...*”; Bononiensis (S): “*quamvis ex usu fructu ea percipiat, quae legata...*”; y Mommsen (Mo.): “*quamvis ex usu fructu ea percipiat legato, quae...*”. La traducción obedece a esta última. Cfr. Mommsen, p. 142, n. 9.

debe cuidarse con otra caución; y aunque no hiciera esto, no obstante puede usar de la acción real.¹⁴⁰

4 *VENULEYO en el libro duodécimo De las estipulaciones* Si el fructuario consiguiera la propiedad, ciertamente deja de pertenecerle el usufructo por confusión, pero si se interpusiera una demanda contra él por lo estipulado, o ha de decirse que por el mismo derecho se demanda inútilmente, si hasta este punto se extiende el arbitrio de un hombre de bien, o que deberá oponer una excepción por el hecho.

5 *ULPIANO en el libro septuagésimo noveno Al edicto* Se contiene en esta estipulación: “que no haya ni vaya a haber dolo malo”; y como habiéndose hecho mención de dolo malo con respecto a la cosa, parece que comprende el dolo de todos los sucesores y el del padre adoptivo. **1** Pero si se hubiera legado el uso sin el fruto, el pretor ordena que se dé garantía quitada la causa del fruto; esto con razón, para que se dé caución sólo del uso, no así del fruto. **2** Por lo tanto, también si se obtuviera el fruto sin el uso, la estipulación tendrá lugar. **3** Y si se hubiera dejado el derecho de habitación, o el del servicio de un esclavo¹⁴¹ o el de un animal, la estipulación tendrá lugar, aunque estos derechos no se asemejen en todo al usufructo.

6 *PAULO en el libro septuagésimo quinto Al edicto* Lo mismo es también en el rédito de un predio, como si se hubiera legado la vendimia o la mies, aunque a partir del usufructo legado se perciban esas cosas, las cuales regresan al heredero con la muerte del legatario.

7 *ULPIANO en el libro septuagésimo noveno Al edicto* Si al entregar una cosa por concepto de usufructo no se hubiera dado ga-

¹⁴⁰ Es decir, de la acción real confesoria.

¹⁴¹ En todo el título siete del *Digesto* se ha utilizado la palabra *servus* para designar al esclavo. Aquí es el único lugar en que le designa con la palabra *homo*. Recuérdese que Gayo considera al esclavo *persona* porque está bajo la potestad de su dueño (véase Gai 1, 9, §1; 1, 52, §9), y, al mismo tiempo, lo considera *res* porque forma parte del patrimonio de una persona, por lo que puede ser valuado en dinero, vendido, rentado o donado.

se heredem rem vindicare, et si obiciatur exceptio de re usus fructus nomine tradita, replicandum erit. quae sententia habet rationem: sed et ipsa stipulatio condici poterit. **1** Cum usus fructus pecuniae legatus esset, exprimi debent hi duo casus in stipulatione: ‘cum morieris aut capite minueris, dari’: idcirco hi duo soli casus, quoniam pecuniae usus aliter amitti non potest quam his casibus.

8 *PAULUS libro septuagesimo quinto ad edictum* Si tibi usus fructus et mihi proprietas legata sit, mihi cavendum est: sed si mihi sub condicione proprietas legata sit, quidam et Marcianus et heredi et mihi cavendum esse putant: quae sententia vera est. item si mihi legata sit et, cum ad me pertinere desierit, alii, et hic utrisque cavendum ut supra placuit. quod si duobus coniunctim usus fructus legatus sit, et invicem sibi cavere debebunt et heredi in casum illum: ‘si ad socium non pertineat usus fructus, heredi reddi’.

9 *ULPIANUS libro quinquagesimo primo ad edictum* Si usus fructus mihi legatus sit eumque restituere sim Titio rogatus, videndum est, quis debeat cavere, utrum Titius an ego qui legatarius sum: an illud dicimus mecum heredem acturum, cum fideicommissario me agere debere? et est expeditius hoc dicere: si mihi spes aliqua durat usus fructus et, cum tu amiseris, potest ad me reccidere, <hoc est ad legatarium>, ita rem expediri, ut tu mihi, ego domino proprietatis caveam. quod si fideicommissarii causa usus fructus mihi relictus est nec est ulla spes ad me revertendi fructus, recta via fideicommissarium cavere oportet domino proprietatis. **1** Illud sciendum est sive iure ipso quis usum fruc-

rantía, Próculo dice que el heredero puede vindicar la cosa, y si se interpusiera la excepción de entregada la cosa en nombre de usufructo, se ha de replicar, sentencia que tiene razón; pero también la misma estipulación podrá ser exigida con una acción recuperatoria. **1** Cuando se lega un usufructo de dinero, deben expresarse estos dos casos en la estipulación: “que se dé cuando mueras o cuando seas disminuido en tu capacidad jurídica”, por eso estos dos únicos casos, porque no de otro modo que en estos casos, puede perderse el uso de dinero.

8 PAULO en el libro septuagésimo quinto Al edicto Si se te legara a ti el usufructo y a mí la propiedad, se me ha de dar caución. Pero si se me legara la propiedad bajo condición, algunos opinan, también Marciano, que se ha de dar caución tanto al heredero como a mí, sentencia que es verdadera. Igualmente si se me legara a mí la propiedad y, cuando dejara de pertenecerme, a otro, se dispuso que en ese caso se ha de dar caución a ambos, como arriba. Y si se legara el usufructo a dos en conjunto, deberán darse caución tanto entre ellos, como al heredero, en este caso:¹⁴² “si el usufructo no pertenece al socio, que regrese al heredero”.

9 ULPIANO en el libro quincuagésimo primero Al edicto Si se me legara un usufructo a mí, y se me rogara¹⁴³ restituirlo a Ticio, ha de verse quién debe dar caución, si Ticio o yo, que soy el legatario. ¿Acaso decimos aquello de que el heredero ha de actuar contra mí, y que yo debo actuar contra el fideicomisario? Y es más fácil decir esto: si me queda alguna esperanza de que, cuando tú lo pierdas, el usufructo también puede recaer en mí, es decir, en el legatario, así se resuelve la cosa, que me des caución a mí, y yo al dueño de la propiedad. Y si por causa del fideicomisario el usufructo se me dejó a mí, y no hay ninguna esperanza de que el usufructo revierta a mí, conviene que por vía directa el fideicomisario dé caución al dueño de la propiedad. **1** Ha de sa-

¹⁴² Es decir, con esta condición.

¹⁴³ Es decir, se me rogara por fideicomiso.

tum habet sive etiam per tuitionem praetoris, nihilo minus cogendum esse fructuarium cavere aut actiones suscipere. **2** Plane si ex die proprietatis alicui legata sit, usus fructus pure, dicendum esse Pomponius ait remittendam esse hanc cautionem fructuario, quia certum sit ad eum proprietatem vel ad heredem eius perventuram. **3** Si vestis usus fructus legatus sit, scripsit Pomponius, quamquam heres stipulatus sit finito usu fructu vestem reddi, at tamen non obligari promissorem, si eam sine dolo malo adtritam reddiderit. **4** Si plures domini sint proprietatis, unusquisque pro sua parte stipulabitur.

10 *PAULUS libro quadragensimo ad edictum* Si servi, qui nobis communis erat, usum fructum tibi legavero, necessaria erit haec cautio heredi meo: quamvis enim de proprietate possit communi dividendo experiri, tamen causa usus fructus, qui tuus proprius est, ad officium communi dividendo iudicis non pertinebit.

11 *PAPINIANUS libro septimo responsorum* Usu quoque domus relicto viri boni arbitrato cautionem interponi oportet: nec mutat, si pater heredes filios simul habitare cum uxore legataria voluit.

12 *ULPIANUS libro octavo decimo ad Sabinum* Si vasorum ipsorum usus fructus relictus sit, non erit cautio senatus consulti necessaria, sed illa sola ‘boni viri arbitrato usurum fruiturum’. si igitur tradita sunt fruendi causa, nemo dubitat non fieri eius qui

berse esto: si alguien tiene el usufructo o por derecho civil propio, o también por protección del pretor, el fructuario ha de ser obligado a dar caución, lo mismo que a afrontar las acciones. **2** Sin duda, si se legara la propiedad a alguien a partir de un día, y el usufructo puramente, Pomponio opina que ha de decirse que se ha de perdonar esta caución al fructuario, porque es cierto que la propiedad ha de venir a él o su heredero. **3** Si se legara el usufructo de un vestido, Pomponio escribió que, aunque el heredero haya estipulado que regresaría el vestido una vez terminado el usufructo, sin embargo, el promitente no está obligado si hubiera devuelto ese vestido desgastado, sin dolo malo. **4** Si fueran muchos los dueños de la propiedad, cada uno estipulará por su parte.

10 PAULO en el libro cuadragésimo Al edicto Si yo te hubiera legado a ti el usufructo de un esclavo que teníamos en común, a mi heredero será necesaria esta caución, pues aunque acerca de la propiedad pueda reclamar mediante la acción de división de lo común,¹⁴⁴ sin embargo, no pertenecerá al oficio del juez, en la acción de división de lo común, la causa del usufructo, el cual es tuyo propio.

11 PAPINIANO en el libro séptimo De las respuestas Si se deja el uso de una casa, también conviene que se interponga una caución según el arbitrio de un hombre de bien, y la situación no cambia si el padre quiso que los hijos herederos habitaran juntamente con la esposa legataria.

12 ULPIANO en el libro décimo octavo A Sabino Si se dejara el usufructo de unos mismos vasos, no será necesaria la caución del senadoconsulto, sino sólo aquella: “ha de usar y disfrutar según el arbitrio de un hombre de bien”. Por consiguiente, si se entregaron para disfrutar, nadie duda que no se hagan del que los reci-

¹⁴⁴ La división que ponía fin a la copropiedad entre coherederos se alcanzaba mediante la *actio familiae erciscundae*; en cualquier otro caso de copropiedad se ejercitaba la *actio communi dividundo*.

accepit: non enim ideo traduntur, ut dominium recedat ab eo qui tradit, sed ut utatur fruatur legatarius. ergo cum non fiant fructuarii vasa, vindicari a proprietario possunt cautione non data. videndum est de conditione, an possit locum habere: et proditum est neminem rem suam nisi furi condicere posse.

bió, pues no se entregan para que el dominio se separe de aquel que entrega, sino para que el legatario los use y disfrute. Por lo tanto, como los vasos no se hacen del fructuario, el propietario puede vindicarlos, al no darse la caución. Ha de verse acerca de la acción recuperatoria, si puede tener lugar, y se dio a conocer que nadie pueda exigir con una acción personal su propia cosa, excepto al ladrón.